



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 125. Sessio XXV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** Ecclesiarum urbis Constantiensis affixum  
A.C. 1416. est, discesserunt Patres.

## §. CCXXIV.

*Legati Comitis Fuxi ad Synodum.*

*Schelstr. act.* Synodus jam antea ad Albaniæ Ducem,  
*Conc. p. 251.* qui durante Regis Roberti captivitate Scotiæ Regnum administrabat quemdam Fratrem Ordinis Prædicatorum natione Scotum ablegavit. Hic Constantiam redux, ejusdem Ducis epistolam detulit, in qua se brevi solemnem legationem, animo sese Synodo uniendi, expeditum pollicitus est. Eodem tempore duo Episcopi, Comitis Fuxi legati, advenerant, & Cardinali de Fuxo se junxerant, ut a Patribus admitterentur, quod die decima quarta Decembbris antefessionem XXV. eodem ritu peractum est, quo Arragonenses Oratores antea Concilio aggregati fuere.

## §. CCXXV.

*Sessio vigesima quinta.*

*Labbe Conc. Postquam Legati, nomine Comitis Fusto. 12. p. 206.* xi, Synodum convocaverant, Sessio hæc initium habuit, ubi Legatis pacti Narbonensis executionem pollicitantibus, sicut ceteris suæ quoque sedes assignabantur. Occurrit insuper in actis hujus

ius Sessionis decretum, hujus tenoris: Sæcul. XV.  
*Sacrosancta Synodus committit regimen Ec-*  
*clesiae Olomucensis vacantis per obitum Wen-*  
*ceslai Antiocheni Patriarchæ, qui eam ha-*  
*bebat in commendam, Joanni Episcopo Li-*  
*tomisliensi, donec novus Pontifex eligatur.*  
 Præterea nominati fuere ex Natione Hi-  
 spana Commissarii ad quædam negotia  
 expedienda vocati; demum innovatæ  
 fuerunt Constitutiones, quibus Synoda-  
 lium membrorum saluti, & boni regimi-  
 nis conservationi provisum est, eo fine,  
 ut in Constantiensi urbe omnis tumultus,  
 & dissidia forte oritura præcaverentur.

### §. CCXXVI.

#### *Sessio vigesima sexta.*

Die decima sexta Decembris, venien- *Labbe ii.*  
 tibus ad Synodum Navarræ Regis p. 207.  
 Oratoribus, curabant Patres, ut ad Con-  
 cilium admitterentur eo modo, quo alii  
 Legati recepti fuere, cui negotio Sessio-  
 nem vigesimam sextam die vigesima  
 quarta Decembris dicarunt. In ea ab  
 initio Episcopus Aretinus nomine Syno-  
 di prælegit Constitutionem de ordine &  
 loco, qui a Nationibus in ferendis suffra-  
 giis, vel subscriptionibus servandus esset.  
 Qua lectione finita Oratores Caroli Na-  
 varræ Regis Concilio aggregati fuere,  
 adhibitis solemnibus in tali actu alias con-

R 3

sue-